



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Asiaticae Historiae Societatis Iesv Pars ...**

Libris Qvatvor Conseqventibvs Pertexens, Quae post beatum S. Xauerij  
Obitum Soc. Patres ad Dei gloriam in iisdem Prouinciis gessere

**Bartoli, Daniello**

**Lvgdvni, 1667**

71. Vita & mors Nicolai Lancilloti.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11445**

ijs iniuriam Præfectus est Georgius Mellius de Castro cum præsidariis Lusitanis centum quinquaginta, & decem nauibus; arx quoque postea præsidio adiuncta, & sexennio elapsō additum Societatis Collegium. Illic item manus operariorum selecta remanserat, quæ partim Paraui partim ad laborabat militibus, de P. quidem Hieronymo Vasio, præ-clara memorantur in Lusitanorum emendandis moribus edita, præter hominū plus mille capita quos à simulachris ad Christum traductos sua ipse lustrauit manu: fueratque profecto tūm nouis, tūm veteribus Christianis conducibilius ad salutem, vnum in Manara iunctim populum conflare: quām passim per illa Piscariae infelicissima littoralia diuisos ut ante habitare, cum possent ijs Patres commodius, citius, opportunius præsto esse; sed enim præter ingenitum soli natalis cacockes, nunquam sic radicitus euulfum quin fibra tenui hæreat, vel sero in lucem exitura; pestilentem morbum, corruptus cœli eius tractus, per se iam satis insalubris, toti insulæ afflauit anno 1563. & hominum millia quatuor extinxit, quibus Patres quamvis, & ipsi ægrotarent strenua opera adfuerere. Et hoc ad ultimum pestis & stragis argumento, nutantes antea Paraui, persuasi sunt relicta Manara in solum patrum redire.

71.  
Vita & mors  
Nicolai  
Lancilloti.

Supereft, postrema hæc libri pars vitæ mortisque reliquias colligat, quibus insignius nonnulli suum ministerium honorarunt, quos descripsit hic usque temporibus, & locis, vocavit Deus ad præmium apostolici munieris bene gesti. Reddam tamen aptius alibi de Melchiore Carnero, Francisco Perez, Melchiore Nunnio, vbi mihi eorum & memoriam & nomen, & facta referent Sinenses & Iaponicae missiones. Nunc tantum memoro, nunquam mihi sub stylum reddituros; atque imprimis P. Nicolaum Lancillotum patria Vrbinate, S. Ignatio in paucis carum, eoque ductore diuinis primum æternorum imbutum studiis, & eodem postea mitente in Orientem destinatum cum P. Antonio Criminalli: ibant Roma in Lusitaniam pedites, absque viatico, testum, vietumque mendicato quotidie rogantes. Verum sua illa tam læti patipertate, austeroque illius molestiarum comitatu, ut cum possent oblato largiter commeatu iter illud percommode agere, constanter omnia recusarent; sua illa inter se abunde contenti mutua caritate, precandi delitijs, & pia de Deo collocutione, qua inter punctus itinerum labor iucundè fallebatur. In Lusitaniam venerant; fuitque in Indiam breui post nattigandum, cum Ioanne Beira; dignos tam heroica prouincia tres viros, elegerat Deus, mittebatque, in pugnas virtuti quamvis contulerat non inferiores, criminalem in Badagas ethnicos, eorum ferro pro Christo necandum. Beiram in naufragia, pericula, cruceisque varijs generis inter Molucarum barbaros deuorandas. Lancillotum in longam annorum duodecim mortem, ex valetudine sic perpetuo afflcta, ut (quod ipse testatur) semper animam agens cum morte lucretetur; sic obsequiosa caritati, ut negotiis diuinæ gloriae, & iuuandorum animorum nunquam non adcesset. Goam mense Septembri applicuit anno 1545. adhibitusque

bitusque ad erudiendos pietate ac literis adolescentes eius urbis, mensim vix decimum in eo exegit, cum screatione sanguinis in phytis delapsus, nunquam postea satis reualuit.

[ Ego (inquit ad Ignatium scribens) quot anni morior, & nunquam morior: laudetur sempiternum Deus: subditque summam hanc ægritudinis sua gratuitatem, ex quo, ait, in isto vita mortisque confli-  
ctu versor, obiere tam multi viri fortes, diuini honoris & animorum rationibus tam fructuosa opera insudantes, ego arbor sicca, & caudex sterilis, frustra solum occupo, & nihil ago ] talis sibi idcirco videbatur, quod esset aliis ab eo, qui esse maluisset: qui vero illinc eum laudant, operarium describunt, quo nemo utilior, nemo ardenter, accisis omnino viribus, cum prohiberetur itineribus longinquis, ab continente Cou-  
lani & confiniis regni Trauancoris non recessit: ubi cum nullus præ-  
ter illum Sacerdos esset, onus concionum apud Lusitanos; Christianæ  
legis explicandæ apud ethnicos & Mauros; pietatis alendæ apud neo-  
phytos, unus sustinuit; ad haec illis quos superfuit annis duodecim se-  
minarium rexit Indorum iuuenum quinquaginta, S. Xauerij erectum  
institutione, & Regis Lusitanæ sumptibus fundatum; eò ex ora Pis-  
caria non paucos mittere solitus Henricus Henrichez, eius in iis do-  
cendis tum patientiam singularem, tum eorum virtutem egregiam mi-  
rificè laudat: redibant ex illa pietatis schola, ita probe diuina edocti,  
& tam castigato exemplo conspicui, ut possent grandioribus proponi  
pro credendi regula & viuendi: confessionis Sacrae, & quibus licebat  
per æratem, Eucharistiæ mysteria sic obibant, ut sensum animi lachri-  
mæ proderent, quod in pueris barbaris, & è duritate queruum exscul-  
ptis iure miraculo habeatur: illius nempe tam felicis prouentus sanctæ  
que educationis qua seminarium illud suum, diuinorum sapore imbuerat  
Lacillotus ut religiosæ familiae tyrocinium crederes, iam quibus illos  
cicuraret artes sibique addiceret, rudes, primum & sylvis crudos; ita illo-  
rum ætati aptabat, & genio; ut à parentibus domum renocati, non pos-  
sent adiungi ad discessum, sed flentes orarent retineri, & paulo ulterius  
(sic ipsi loquebantur) in Dei obsequium, & cognitionem promoueri:  
neque vero haec eius religiosa prudentia in angusto hæsit puerilis huius  
gymnasij. Goæ se in nostros dum iis praesett, & in Piscaria prodidit,  
eique Ignatius absente Xauerio mandabat, ut plurimum, quæ vellet in  
opus conferri, desiderabat quin etiam illum Romæ habere, si susti-  
nuisset eo carere Xauerius. At sancti Patris epistola neque Xau-  
erium in viuis reperit, nec Lancillotum iis viribus ut posset ex In-  
diis in Europam tam longa & ærumnosa pericula remetiri: exscre-  
atione præsertim sanguinis exhaustante quod supererat virium; &  
se aliquando Goam transuehi iuberet, inter postrema suorum so-  
latia & preces, quod sibi proximè instare putauerat, religiosius mo-  
riturus: quamquam etiam ex illo morbi & vitæ ambiguo cum se  
paululum recepisset, suam in Coulano repetierit stationem ubi an-  
no 1558. quantum potest ex certioribus coniici, patre familias acce-  
sus

situs est ad mercedem inflamatæ sua in Deum' & homines caritatis, quæ collapsa ipsius fractæque naturæ suppeditaret semper neros, & spiritus ad agendum.

P. Alfonsum Cypriani exceptit Romæ Societas inter primos qui se illi adiungere optarunt, postquam religiosi ordinis & nomen & formam adepta est. Mihi quidem sit valde credibile annis iam triginta maiorem, Barcinone familiarem fuisse Ignatio, atque inde forsitan oriundum: ad illum enim ex India nunquam scribit, quin roget illam ab se salutari olim viri Sancti beneficam hospitem Barcinone, postea de illo vbiique optimè meritam: quæ necessitudo Cypriani cum Ignatio yetus, facile multum contulerit, vt maior licet quinquagenario admitteretur in Societatem: iis tamen illa etiam ætate, animi & corporis pollebat virtibus, vt ex præbito illarum in Italia, & Lusitania experimento egregio, par iudicatus sit, cui expeditio Indica suo æruminarum cum omni ponde re crederetur: illuc igitur profectus anno 1546. post Apostolici feruoris nobile rudimentum in ora Piscaria positum, vbi socius fuit imitatorque Antonij Criminalis; ab Xauerio iussus est in Socotoram transire, infaustam illam & destitutam pridem Euangelico cultore insulam; sed intercepto in eam aditu, ab eodem Meliaporem destinatur, alias Vrbem S. Thomæ in Choramandelo, in qua quod vitæ superfuit, annos duodecim exegit. Nec vero aliud ab eo poscebat ea vrbs, fœc, & sentina flagitorum, & scelerum, omni ex India confluentium in vnam illam gentem: ardebat in ea Alfonsus velut Elias alter, nescius aut metu aut ciuitate palpare flagitia: quod palam tunc fecit cum tentatis incassum lenioribus in ea remediis, strinxit verbi Dei potentem gladium quem humilitatis studio celerat catenus velut in vagina reconditum. Porro statu quam lachrimabili tunc esset Meliapora & quænam origo vitæ quæ illic viuebatur adeò profligatae, necesse est ex eo discamus, ad corum quæ dicam perspicuitatem. Scribens ergo ad Sanetum suum ( vt iam tum compellabat ) Patrem Ignatium, & dolens, cum eo, suo illic sudori tam auarè messem respondere; ait æquè sibi ad fidem preferendam nihil obstarre, vt flagitosos veterum Christianorum mores, quorum infamia tam graui laborabat religio, vt cognomentum Christiani ab ethnicis pro conuicio iactaretur: qui ex Europa Indiam peterent ( nam de iis loquitur ) & in ea obirent, quartam vix partem saluam esse; quod pes simam vitam morte peiori absoluarent alij bello, naufragiis alij; quidam singulari certamine; popularium inuidia nonnulli; rari Sacrorum præsidio, & gratiam uniti: ex quo tritum illud hominum religiosorum inde in Europam scribentium, portis Indiarum inferos repleri ob hoc P. Franciscum Xauerium ( quod sanè in eius hodiéque literis legitur ) quælisse procul ab Indiis solim, verbo Dei suscipiendo idoncum, ab Europæorum si minus commereo, at semotum saltē habitatione, ne illi viuendo, satis ruinam inferrent quæ multo conatu Apostolici sudoris ad messem promouerat: mihi, addit, hic vnu dum lucrisit quatuor pereunt;

72.  
Virtutes &  
obitus Al-  
phonsi Cy-  
priani.